

Erhebung der Propsteikirche zu Werl

Dekret vom 25. Juni 1892

in: Erzbistumsarchiv Paderborn, Acta specialia Werl 1825-1940

Concessionis Tituli Praepositi

Parocho Civitatis Werl

in Dioecesi Paderbornensi Regni Borussici

Exposuit suis litteris obsequentissimis R. P. D. Hubertus Simar Episcopus Paderbornensis SSmo. Dno. Leoni XIII. P.M. decessorem suum cl.me Conradus Martin ab Apostolica Sede pro nonnullis excellentiorum locorum Parochis Paderbornensis Ecclesiae, privilegium perpetuum fuisse assecuturum, ut ii nomine Praepositorum appellari licite possent. Cum porro hunc eundem honorem pro suo Parocho, Fideles civitatis Werl Dioecesis Paderbornensis, quae civitas Augusto Templo Deiparae Virginis et civibus religionis studio flagrantissimis nobilitatur, impense appetant, idem R.P.D. Episcopis Paderbornensis preces obtulit Sanctitati Suae, ut eorum fidelium votis pro dignitate loci, pro sacri ministerii decore clementer annuere dignaretur. SSmus. Dnus. eorum quae exposita fuere, et commendationis Remi. Episcopi rationem habens, Parochum Civitatis Werl actu existentem a quibusvis exeone municationis suspensionis et inderdicti aliisque ecclesiasticis poenis quovis modo et quavis causa latis, si quas forte incurrerit absolvens, et absolutum esse declarans benigne indulsit, ut ipse eiusque in Parochi munere successores in perpetuum Praepositi titulo honestentur ad eundem modum, quo alii Dioecesis Paderbornensis Parochi utuntur et gaudent. Mandavitque expediri praesens decretum perinde validitutum ac si litterae Apostolicae in forma Brevis expeditae fuissent idque R.P.D. Episopo Paderbornensi pro executione committi voluit, ac referri intra acta sacrae Congregationis Consistorialis.

